



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Præcellentia Episcopalis Dignitatis

Alzedo, Mauricio de

Lugduni, 1630

De Jndulgentiis caput 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62394)

DE INDVLGENTIIS.

CAPVT TERTIVM.

1 **A**BENT etiam Domini Episcopi in hac Ecclesia militanti claves dispensandi, & potestatem indulgentias concedendi. *c. noua de pœnitent. & remissionibus*, ibi, quia Beatissima virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi, sed istis Dominus claves regni cœlorum commisit: & ibi Panormitan. *num. 2.* illis verbis, quod potestas ligandi atque soluendi non fuit tradita soli Petro, sed Apostolis omnibus. Ioannes Montayne *de bigamia quest. 7. num. 8.* ibi, consequenter neque solus Papa habet ecclesiæ potestatem, sed cum dominis Episcopis. Azeuedo *in l. 1. tit. 5. lib. 8. recopilat. num. 94.* ibi claves enim regni cœlorum Christum tradidisse Apostolis eorumque successoribus. Petrus à Monte *de primatu Papæ, & Monarchia Concilior. summ. 1. num. 3.* Soto *in 4. sentent. dist. 21. quest. 1. art. 4. col. 2.* Ludouicus Bolognini *de indulgentiis, num. 21.* Cardinalis *in Clement. 2. de pœnitent. num. 24.* Felinus *de indulgent. plenar. num. 40.* Armilla *ve. bo indulgentia, n. 9.* Fauus Incarnatus *in scrutinio tract. 5. p. 2. de indulgent. fol. 182.* Vgolinus *de off. & potest. Episcopi part. 2. cap. 41. num. 1.* Franciscus Leo *in thesaur. part. 1. cap. 7. num. 18.* Petrus Gregorius *syntagmatum part. 1. cap. 9. lib. 2. num. 5.*

5 Quæ potestas licet amplissima

circa indulgentias, per multa temporis curricula adeo in vsu apud illos fuit, quod indulgentias plenissimas concedebant, sine vlla limitatione pro vt sibi videbatur. Adueniente verò Innocentij tertij constitutione, in Concilio generali edita, propter episcoporum superfluum excessum, ex quo contemptibiles ecclesiæ claves videbantur, & quia pœnitentialis enervabatur satisfactio, Episcoporum relictâ potestas fuit. *c. cum ex eo, de pœnitent. & remiss. & ibi Scribentes. Gambarus de off. & potest. legati, summ. quid possit legatus circa indulgentias. num. 10. fol. 266.*

7 Quæ potestas ita limitata est, vt in Dedicatione ecclesiæ vnus anni concedere possint indulgentiam episcopi, etiam si à pluribus dediceretur episcopis. *c. cum ex eo. & Panormitan. ibi. num. 5. c. nostro, de pœnitent. & remissionibus.* Soto *in 4. sentent. dist. 21. quest. 1. art. 4. col. 4.* Hostiensis *in summ. de pœnitent. §. quia possit. Speculator lib. 4. part. 4. titulo pœnitent. & remissionibus num. 4.* Nauarrus *in commentar. de iubileo, & indulgentia notabili. 31. num. 3.* Armilla *verbo indulgentia, num. 3. & Syluester num. 11. & Sa num. 16.* Bologninus *de indulgent. num. 48.* Egidius Coninck *de sacrament. disp. 12. dub. 1. num. 8.* Toletus *in summ. lib. 6. cap. 25.* Incarnatus *in scrutinio de indulgent. fol. 185.* Bonacina *de sacramentis disp. 6. punct. 3. num. 2.* Zerola *in praxi, verbo indulg. p. 1. n. 1.* Barbosa *in pastorali, p. 3. alleg. 88. n. 14.*

Sed

8 Sed si in dedicatione plures assistant Episcopi, & quilibet annum indulgentiæ concedat, valebit tantum concessio illius episcopi, cui illa Ecclesia subiecta est: vel si proprius Episcopus non adsit, illius qui particulariter ex proprii Episcopi commissione assistit. Argument. textu. in can. sanè, de foro competenti. Vgolinus de officio & potestate Episcopi, part. 2. cap. 41. §. 1. num. 2.

9 In cæteris festiuitatibus quadraginta dies indulgentiarum concedere possunt. d. c. cum ex eo, de pœnitent. & ibi Abbas. num. 5. Hostiensis, Soto, Nauarr. Armilla, Bolognin. Toletus, Agidius, Bonacina, Incarnatus, Syluester, Sa, Zerola, Speculator, Barbofa, & Vgolinus, Franciscus Leo in thesauro, part. 1. cap. 7. num. 18. Felinus de indulgent. plenar. num. 40. Gambarus de offic. Legati, lib. 8. summ. quid possit Legatus, num. 8. fol. 266. Lancellottus in templo, lib. 2. cap. 5. §. 4. summ. de potest. Episcopi, num. 19.

10 Neque existimes per benedictionem Episcopi, quæ fit his verbis, Sit nomen Domini benedictum: tam in diebus solemnibus quando Pontificaliter celebrat, quàm in feriatis quando priuatim: & per simplicem, quæ datur itineribus eundo, concedi à iure vel ab ipso Episcopo benedicente quadraginta indulgentiarum dies, vt iam dubitare vidi: nam quidam Præstantissimus Præsul, contrariam amplectebatur sententiam, & cum eo aliqui religiosi ac docti viri eius applaudebant dictum, pro certissimo ac indubitato, & meam reprobabant opinionem: tunc enim de istius episcopi petitione hanc praxim lucubrare cœperant, & nondum vigesimum adimpleueram

annum, & nihilominus contra istius sapientissimi episcopi ac seruatorum negatiuam defendebam opinionem, nempe per talem benedictionem non concedi quadraginta indulgentiarum dies.

Dicebam ego nâque, indulgentiarum concessionem requirere causam iustam, sine qua clauis contènentur ecclesiæ, & pœnitentialis eneruatur satisfactio. c. cum ex eo, de pœnitent. Soto in lectionibus de instit. Sacerdotum, lect. 2. de indulgent. fol. mibi 238. Armilla verbo indulgentia, num. 5. Syueller num. 19. Coninck de sacrament. disp. 12. dub. 6. num. 29. vsque ad 34. Quæ sit iusta causa dixerunt ipsi, vt puta propter honorem Dei, seu alicuius Sancti, aut propter vtilitatem Ecclesiæ: at verò Episcopi omnibus passim benedictionem largiuntur, & verisimile est ibi nulla iustam causam inueniri posse. Ergo. Nam licet multoties in magnis festiuitatibus dicant Episcopi concionatori, quòd populo annuntiet se concedere quadraginta indulgentiarum dies omnibus qui diuinis officiis intererunt, sed hæc concessio non fit sine causa: nam potissima est (quæ & iusta dicitur) diuinis interesse officiis; in particularibus verò cum nulla adsit, neque conueniens, neque vtile fuisset si quotidie passim omnibus concederetur.

Et ided quia in iure expressum non est, neque inueni scriptorem dicentem per benedictionem Episcopi quadraginta dies indulgentiarum concedi, sed potiùs omnes vno ore testantur per eam dimitti peccata venialia. Gloss. in præmio sexti decretalium, verbo benedictionem. & ibi Doctores. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 87. art. 3. part. 3. Soto in 4. sent. dist. 1. quæst. 1. art. 2.

col. 6. in fine. Petrus Soto in lectionibus de institut. Sacerdot. lection. 18. de venialium peccatorum remissione, ante finem. Syluester verbo Patriarcha, num. 2. & verbo peccatum, num. 7. Toletus lib. 6. cap. 24. num. 5. Emanuel Sa verbo peccatum, num. 12. Victoria in summ. titul. de poenit. num. 99. Stephanus Gratianus disceptat. forens. tom. 3. cap. 467. num. 58. multa namque allegaui, quæ breuitatis causa omitto, & tandem propterea tam Episcopus quam famuli in meam venerunt sententiam, quam verissimam esse credo.

15 Electus confirmatus, non consecratus, neque sacro Ordine insignitus, indulgentias concedere potest (quia actus iurisdictionalis est) Cardinalis in Clement. 2. de poenitent. num. 14. Panormitan. in c. accedentibus, num. 4. de excessibus Prælatorum, & in c. Suffraganei de elect. num. 2. Geminian. in c. Romana de poenitent. n. 5. lib. 6. Additionator Abbatis in c. 1. de translat. Episcopi. Diuus Thomas in addit. ad tertium, super 3. sentent. quest. 26. art. 2. Soto in 4. sentent. dist. 21. quest. 1. art. 4. col. 4. Azor inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 55. q. 1. Bolognin. de indulg. num. 23. & 26. Felin. eodem tractat. num. 43. Nauarr. de iubilæo notabil. 31. num. 3. Syluester verbo benedictio, n. 2. Lancellottus in templo lib. 2. c. 5. §. 4. n. 19. fol. mihi 170. Marius Alterius de censuris, tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 3. col. 203. Franciscus de Pauinis de offic. capituli sede vacante, prælud. 4. part. 1. num. 4. Petrus Gregorius syntagmatum lib. 17. part. 2. cap. 14. num. 2. Bonacina de sacrament. disp. 6. punct. 3. num. 6. Vgolinus de off. Episcopi part. 2. cap. 41. num. 1. & 2. Leo in thesaur. part. 2. capite 1. num. 3. & 4. Vgolinus de off. Episcop. part. 2. cap. 41. num. 1.

& 2. Zerola in praxi, verbo indulg. part. 1. num. 1. Syluester eodem verbo, num. 13. Sa n. 15. Angelus 6. Suarez de legibus lib. 4. cap. 4. num. 9. Barbosa in pastoral. part. 3. alleg. 88. n. 7.

16 Sed Cardinalis, Episcopus etiam neque consecratus, neque sacro Ordine initiatus: (vt inquit Abbas in d. c. accedentibus, num. 4. Franciscus de Pauinis, & Sa ubi proxime) ex speciali priuilegio possunt excedere numerum præscriptum, & concedere centum indulgentiarum dies. Cæremonialis Episcoporum, lib. 1. cap. 25. col. 4. Bolognin. de indulgent. supra. Nauarr. in comm. de iubilæo notabil. 31. num. 17. Zerola in praxi, verbo indulgent. part. 2. num. 12. Gamarbarus supra dict. lib. 8. fol. 266.

17 Summus Pœnitentiarius concedit etiam vsque ad summam centum dierum indulgentias. Nauarrus ubi proxime dict. num. 17.

18 Sed si formam in d. c. cum ex eo. excederet Episcopus, non vitatur in totum concessio, sed valebit quoad illam partem tantum numerum permissum non excedentem. Gloss. in d. c. cum ex eo. & ibi Panormitan. de poenitent. num. 8. & Gloss. in c. final. eodem titulo, lib. 6. & ibi Doctores arg. text. in l. rogatus, 33. ff. mandati. l. placuit 29. l. pecunia 9. ff. de usuris. l. sine generalis. §. quarendum ff. de iure dotium. l. sancimus 34. c. de donationibus. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, in fine. c. de testament. Gloss. in l. græca, verbo omnino. ff. de fideiussoribus. l. 7. tit. 21. part. 5. expressè Hostiensis in summ. de poenitent. & remission. §. quid ergo. Soto in 4. sentent. disputation. 21. question. 1. art. 4. column. 4. Petrus Soto in lection. de institution. Sacerd. lect. 2. de indulgent. Bologninus de indulgent. num. 52. Vgolinus, part. 2. cap. 4. §. num. 2. Syluester

Syluefter *verbo indulgent. numero*
15. Bonacina *de sacrament. disputa-*
tat. 6. part. 3. num. 4. alios citat
Barbosa *in pastoral. part. 3. alleg. 88.*
num. 22.

19 Potest etiam episcopus concede-
re indulgentiam perpetuam. Arg.
text. *in c. nemini, de offic. delegati.*
Syluefter *verbo indulgentia, p. 1. n.*
16. Nauarrus *conf. 18. num. 5. de*
pœnitent. & remission. & in comment.
de Iubileo notab. 31. num. 25. Zerola
in praxi verbo indulgent. p. 1. num.
5. Ioannes Gutierrez *canonicar. lib.*
2. *cap. 17. num. 6.* Vgolinus *vbi pro-*
xime.

20 At verò in foro conscientia potest
episcopus plures annos conce-
dere indulgentia, quia ibi nulla li-
mitatio adest, vt post Innocentium
in d. c. cum ex. tenent multi, &
Zerola *suprà part. 2. num. 12.* &
Emanuel Sa *verbo indulgentia, num.*
16.

21 Nequit tamen episcopus con-
cedere indulgentiam pro defunctis,
quia id Papæ reseruatum est. Bolo-
gninus *de indulgent. num. 56.* Bona-
cina & Sa *num. 19. supra & Barbosa*
num. 24. Valerius Reginaldus *in*
praxi fori pœnit. lib. 7. num. 114. &
193. Bellarmin. *de indulgent. lib. 1.*
cap. 11.

22 Episcopus licet in culpa mortali
existat, seu excommunicatus, nõ
vitandus sit, indulgentias concede-
re valet. Nauarrus *de Iubileo supra*
num. 11. Incarnatus *in scrutinio tra-*
ctat. de indulgentiis, fol. 184. Bona-
cina *de Sacramentis, disp. 6. quest. 1.*
punct. 3. num. 8. usque ad .o. & de
cenfuris disp. 2. quest. 2. punct. 7.
Azor *institut. moral. lib. 3. part. 2.*
cap. 55. quest. 7. Barbosa *num. 12.*

13 Nequit episcopus quadraginta
indulgentiarum dies illo pio loco
seu imagini concedere, vbi Ante-

cessor tot dies concesserat. Addi-
tionator ad Speculum Iuris *lib. 4.*
p. 4. tit. de pœnitent. liter. A. Gemi-
nian. *in c. indulgentia in 5. de pœnitent.*
lib. 6. Barbosa *num. 16.*

24 Sed quod ei permissum est, si
nomine proprio vult ibi indulgentias
concedere, illud erit, quòd
possit reuocare indulgentias ab An-
tecessore datas, & alias de nouo
concedere. Bonacina *de Sacrament.*
disp. 6. punct. 8. num. 7.

25 Licet etiam Episcopo delegare
Vicario suo, seu alio clerico indul-
gentiarum concessionem. Felinus
de indulgentiis, num. 44. & 45. Ia-
cobus à Grassis *lib. 3. cap. 2. num.*
6. Nauarr. *de Iubileo sing. 31.* Vgoli-
nus *de offic. Episcopi, part. 2. cap. 41.*
num. 2. Bonacina *dict. disp. 6. punct.*
3. *num. 11.* Valer. Reginald. *suprà*
num. 116. lib. 7. Azor *institut. mor.*
lib. 3. part. 2. cap. 43. quest. 13. & c.
55. *quest. 5.* Gregorius de Valentia
tom. 4. disp. 7. quest. 20. punct. 3.
Barbosa *num. 10.* Angelus *verbo*
Episcopus num. 4. & Sa verbo indul-
gent. num. 16.

26 Indulgentiarum concessio sub-
ditis tantum prodest, non alienis.
c. quod autem. & ibi Abbas & Ho-
stiensis *de pœnit. idem Abbas in c.*
fin. de aurb. & vsu pallij, num. 2.
Coninck *de Sacrament. disp. 12. dub.*
1. *num. 8.* Gemin. *in c. Romana de*
pœnit. num. 6. lib. 6. Speculator *tit.*
de pœnitent. lib. 4. part. 4. num. 5.
Petrus Gregorius *synag. lib. 2. cap.*
9. *p. 1. num. 5.* Nauarrus *d. notab.*
31. *num. 13.* Soto *in 4. sent. dist. 22.*
quest. 1. ar. 2. col. 6. Bologninus
de indulg. num. 35. Felinus *eodem*
tract. num. 41. Sa *verbo indulgent. n.*
14. Syluester *num. 14.* Angelus *n.*
11. Vgolinus *d. c. 41. p. 2.* Leo *c. 7.*
num. 18. p. 1. Nicolaus de Emerici
in direct. Inquisit. part. 2. in c. ex-
communicam.

communicam. §. quia verò. num. 2. &

3. Barbosa supra num. 23.

27

At verò si Episcopus habet priuilegium à Papa quod possit indulgentias impartiri tam subditis propriis, quàm alienis, poterunt eis gaudere: vel si Episcopi aliarum diocesium speciatim suis subditis peregrinantibus concederent, quòd possint percipere indulgentias ab alijs episcopis concessas. *c. quod autem. & ibi Gloss. & Abbas num. 7. de penit. Geminian. in d. c. Romana, direct. Inquisitor. Bolognin. num. 60. Nauarr. Vgolinus, Speculator, & Barbosa.*

28

Hanc licentiam petcipiendi indulgentias neque Curatus, neque alius, quàm proprius Episcopus, aut Papa concedere potest. Cum multis Vgolinus *de offic. Episcop. p. 2. c. 14. §. 1. num. 2.*

Sed quòd talis licentia necessaria non sit, quia quando Episcopus indulgentias elargitur, seu alicui Ecclesie, seu imagini, concedat, quod eas lucrentur omnes præsentis, seu talem imaginem venerantes, aut templum visitantes, licet alterius episcopatus sint. Emanuel Sa *verbo indulgentia, num. 1 & Zerola in praxi eodem verbo, part. 2. num. 13.*

29

Archiepiscopus per totam prouinciam quadraginta dies indulgentiarum concedere potest, etiam extra actum uisitationis. *c. nostro 15. de penitent. & ibi Abb. Gloss. in c. 1. de censib. lib. 6. Bolognin. num. 39. de indulgent. & Felinus num. 80. Angelus verbo indulgent. num. 5. Toletus in compendio lib. 6. cap. 25. Coninck de Sacram. disp. 12. dub. 1. num. 8. Vgolinus d. cap. 14. §. 2. num. 2. Bonacin. dict. disp. 6. punct. 3. num. 2. Sanchez in summ. lib. 4. cap. 38. num. 11. Leop. 1. cap. 7. n.*

18. Barbosa num. 19.

Sed quòd iam hoc priuilegio uti nequeant Archiepiscopi, quia per Concilium Trident. censetur reuocatum, inquit Zerola *in praxi, verbo Archiepiscop. part. 1.*

30

Nequit etiam Episcopus exemptis suæ diocesis indulgentias concedere: cum multis Vgolinus *de offic. Episcop. p. 2. c. 41. alias 14. §. 2. num. 2.*

31

Sed contrarium verissimum esse existimo: nam cum exempti ex sua diocesi sint, & indulgentias percipere omnibus habitantibus in ea permittatur, similiter extendetur concessio ad eos; quia licet exempti, nihilominus de diocesi sunt, & priuilegiari quoad iurisdictionem sibi damnosam, ista ergo salutaris est & optima: igitur ab ea exempti non videntur.

31

32

Et quia unicuique suum renuntiare priuilegium licet. *l. si quis in conscribendo, 50. c. de Episcopis, & clericis. l. si quis in conscribendo. c. de pactis: vbi Imperator docet, posse quemlibet suum fori priuilegium remittere, siue sit cingulum militiæ, vel dignitatis. l. si mulier ff. ad Senatuscons. Velleian. l. iubemus 22. e. eodem. l. 3. tit. 12. p. 5. vers. la tercera el. datur enim ibi mulieribus licentia renuntiandi priuilegium quod habent, ut pro alijs non fideiubeant, hac de causa, ne formalitate decipiantur. l. 1. cum gloss. ibi, verbo pro vilo. ff. ad Velleianum. Gloss. in l. tamen si ff. ad Macedonian. Gloss. in l. sciendum. ff. de verbor. significat. Facit textus in l. pacisci. ff. de pactis. ex qua constat posse partes pacisci & conuenire, renuncian- do priuilegium agendi, pro animali morbo. l. cum queritur. §. si venditor. ff. de adilitio edicto. l. iuris gentium. §. si paciscar. l. pactum inter*

33

34

heredes

baredes 46. ff. de pactis. l. nequis. l. si feriatis. ff. de feriis. Et per ista iura & sequentia approbatur opinio, quod potest quilibet suum priuilegium renuntiare. c. conquestus. final. de feriis. c. licet 1. de restitut. spoliatorum. Facit etiam quod maior minori se submittere potest, & remittere maiori & præminentiam. l. est receptum. ff. de iurisd. omnium iudicum. c. nos incompetenter 2. quest. 7. quia quæ in fauorem concessa sunt, cuiuslibet renuntiare permittitur. l. quod fauore c. de legibus. l. nulla. ff. eodem titulo. l. si iudex. ff. de minoribus. Abbas in c. si diligenti, de foro competent. num. 7. & ibi Felinus & Innocent. idem Abbas in c. licet. de restitut. spoliator. num. 3. Bart. in l. 3. ff. de fideiussoribus. num. 10. col. 2. Iason in l. in conscribendo c. de pactis. col. 6. & ibi Decius num. 30. Lopez in l. 3. tit. 12. part. 9. Suarez in l. quoniam in prioribus. §. quinto quaritur. num. 8. fol. 417. Antonius Gomez tom. 2. variar. c. 13. num. 5.

35 Neque in contrarium facit quod priuilegium fori renuntiare veratur clerico. c. si diligenti. c. significasti, de foro competent. c. contigit 36. de sent. excommunicat. c. non liceat 3. quest. 6. c. inoluta. cum gloss. 11. quest. 1. auth. de sanctiss. Episcop. §. aconomos. collat. 9. Gloss. in l. si quis in conscribendo. c. de Episcop. & cler. Gloss. in c. clerici, verbo clericatis. de clericis coniugatis. lib. 6. Gloss. in c. ad audientiam, de consuetud. & ibi Abbas num. 5. & in c. si quis clericus. num. 1. de foro competent. Felinus, Innocentius, & Abbas in d. c. si diligenti, de foro comp. & in c. significasti, de iudiciis. & Abbas in c. dilecti, num. 4. de foro competent. & in c. contigit, num. 4. de sentent. excommunicat. Nicolaus de Milis in reperiitor. verbo clericus. multos refert. Didacus Perez in 2. tit. 1. lib. 2. ordinam. vers.

quari etiam potest. & in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. vers. utrum clericus. Quia priuilegium hoc quod clerici habent, est de iure diuino. c. quamquam, de censibus lib. 6. & ibi Geminian. c. relatum 11. quest. 1. c. si Imperator. & ibi Glossa 16. dist. Abb. in c. si quis. & in c. solita. num. 4. de maior. & obedient. & in c. proposuit, n. 14. de concess. præ. & in c. at si clerici, num. 23. de iudiciis. & conf. 83. num. 8. Lopez in l. 1. tit. 7. part. 1. in gloss. magna. verbo Señal. de ordin. col. 3. vers. pro parte. Bertrandus conf. 182. num. 1. lib. 1. Didacus Perez in l. 2. tit. 1. lib. 3. ordin. §. quare utrum Papa. & ibi citat Ferdinandum Loazes in tractat. Regis Angliæ, fol. 18. col. 4. num. 11. & Andreas de Irsenia in peregrina. in 1. constitut. Neapolitan. rubr. de pena vniuersit. qui erat potestates. fol. 45. col. 4. Et cum de iure diuino sit, & in totius status clericalis ecclesiæ ac Ministrorum eius fauorem concessum, nullo modo renunciari poterit; nam ius publicum, & pro publica vtilitate concessum, pacto priuatorum derogari non debet. l. ius publicum. l. inter debitorem. ff. de pactis. c. cum tempore. de arbitriis.

38 Secus tamen est in nostro casu, quia exemptio pro fauore concessa est, & in odium redundare non debet. l. non eo minus. c. de procuratoribus. l. 11. tit. 2. part. 3. præcisè in re ita animæ exemptorum odiosa, sicut est priuare illos indulgentiarum perceptione; essent namque tamquam exules, & persone miserabiles, qui ex particulari sedis Apostolicæ fauore magis, quam alij honorantur. Idèd namque exempti ne tanto bono priuentur, tacitè ad indulgentias peteipiendas suum exemptionis priuilegium renuntiant, sine aliquo strepitu aut actu exte-

riori, & etiam tacite eas lucrantur sine aliquo exemptionis sue detrimento aut lesione: & sic neque suam exemptionem dimittunt, neque iurisdictionem episcopalem prorogant; sed tantum in anima bonum indulgentias lucrantur, quod est laudabile, precipue cum sit sine exemptionis lesione, aut Episcopalis iurisdictionis extensione. Facit etiam doctrina Patris Gasparis Hurtado de Mendoza ex illustrissima Societate Iesu, genere, religione, & eruditione illustris, *de matrimonio different. 3. disput. 115. num. 4.* ubi docet, posse Episcopum exemptionis suae Diocesis absolute ab excommunicatione reservata, & se adhuc submittere Episcopo: Ergo a Fortiori se debent submittere ad indulgentias consequendas, ut in terminis tenent Bologninus *de indulgent. n. 63.* Navarr. *in comment. de iubil. Leo. notab. 3. 1. 113.* Bonacina *de sacrament. disput. 3. num. 115.* & Barbosa post hoc scripta visus *part. 3. alleg. 88. num. 27.*

Paroelii, seu alij Praelati Episcopis inferiores indulgentias nequeunt concedere. D. Thom. *in addit. ad 3. lib. super 3. sent. quest. 26.* Panorm. *in c. cum ex eo. de poenit. num. 5.* Geminian. *in c. indulgent. nam. 6. eod. tit. lib. 6.* Petrus Gregor. *synagoga. lib. 2. cap. 9.* *part. 1. num. 55.* Teteus *lib. 6. cap. 135. num. 6.* Boninoc. *disput. 2. dub. 1. num. 8.* Navarr. & Bonacina *supra.* Sylvester *verbo: indulgent. num. 102.* Wgolinus *de officio Episcopi, part. 2. cap. 41. num. 11.* Leo *in glossa. part. 1. cap. 7. num. 19.*

Ex quo dicebat Soto *in assentent. dist. 22. quest. 11. art. 4. col. 33.* esse de iure divino asseritur quod est inter Presbyteros & Episcopos, in conferendis indulgentiis.

Episcopus qui renuntiat loco non dignitati, poterit indulgentias concedere; si permittatur ab Episcopo, qui subditos habet, ut eos suis subditis largiatur. Gratianus *disceptat. forens. cap. 28. n. 57. fol. mibi 380.*

Episcopus qui indulgentias concedit, si facit illud opus quod eius concessio requirit, eorum beneficio gaudet; & poterit etiam se cum dispensare, commutando illud opus suum in aliud: nam licet sibi indulgentias concedere nequeat, poterit ut indulgentias a se aliis concessis. Divus Thom. *in addit. ad lib. 3. super 3. sentent. dist. 21. quest. 2. art. 4. col. 6.* & *dist. 22. quest. 2. art. 2. col. 2.* Coninck *disput. 2. dub. 2. num. 11.* *coff. ab iur. canon. Bologninus de indulgent. num. 69.* Azor *instituit moral. part. 2. lib. 3. cap. 55. q. ultim.* Sanchez *de maxim. lib. 3. dist. 3. num. 2.* Sylvester *verbo: indulgent. num. 21.* Angelus 23. Armillan. 21. Emanuel Sam. 17. Cardinalis *in Clem. religio. coff. quibus. n. 2. de priuileg. excess. priuileg. Geminian. & Bonacina supra. Navarr. notab. 1. 20. num. 18.* Suarez *de legibus lib. 6. cap. 11. num. 8.* & 111. Barbosa *part. 3. dist. alleg. 88. n. 28.*

Potest etiam Episcopus extra Diocesim existens indulgentias concedere suis subditis, pro opere intra Diocesim propriam faciendo Navarr. *in commentar. de iubil. Leo. notab. 3. 1. num. 13.*

Sed si concessis indulgentias pro opere, quod extra Diocesim sit, sine licentia Ordinarij illius loci non valebunt Bologninus *de indulgent. num. 66.* ubi citat Quidam *coff. 73. col. 2.* cum sequenti, in epist. *quaritur si Præbatus. Felinus de indulgent. num. 41.*

At verò ((salva istorum venia)) contrariam defendere sententiam duxi,

daxi, nempe, posse Episcopum indulgentias concedere suis subditis, etiam si ille extra Diocesim existat, pro opere quod extra Diocesim sit, sine licentia Ordinarij illius loci: nam cum sit cautum in iure, quod ea, quae iurisdictionis voluntariae sunt, & quae sine causa cognitione exerceri possunt, in quocumque loco, & tempore Episcopo expedire liceat. *c. nouit. de off. & potest. Legati*, & ibi Gloss. & Doctor, *Clementin. 1. de foro competenti*, & *Cardinalis ibi num. 12. l. omnes 2. & l. final. ff. de off. Proconsulis. l. emancipari. ff. de adoptionibus*. Hippolytus de Marfilis, & Hieronymus Cagnolus in *l. final. ff. de iurisd. omn. iudic. ille n. 8. iste n. 29. Angelus Perusinus in d. l. emancipari, de adoptionibus*. Couarruias alios referens, *vari. ar. c. 20. lib. 3. n. 8. Menochius de arbitrar. lib. 1. quaest. 43. n. 16. Romanus singulari 48. Selua de beneficiis p. 3. q. 4. num. 1. Rodeanus tit. de simonia, cap. 18. p. 1. n. 7. Marius de censuris tom. 1. l. 5. disp. 12. c. 2. liter. D. col. 5. Gonzales in regula 8. cancellar. gloss. 62. n. 2. Augustin. Barbosa in remission. ad Concil. sess. 6. de reform. cap. 5. Rebuffus in praxi, regula de clericis, à quibus & quomodo ordinentur, n. 11. & 12. Boherius in decis. part. 1. q. 3. n. 7. Riccius in praxi, decis. 380. n. 2. & 3. Zerola in praxi verbo absolutio part. 1. n. 7. Ludouicus à Sardis de legitimat. per rescriptum, num. 19. Nauarrus consil. 41. de temporibus, num. 1. Coninck de sacrament. disputat. 8. dub. 3. num. 22. Bonacina de sacrament. disputat. 5. quaest. 7. punct. 2. n. 10. Syluester verbo confess. num. 12.*

48

Et cum iurdictio voluntaria ea dicatur, quae inter volentes exercetur. *l. final. & ibi Gloss. ff. de iurisd. omnium iudic. Gloss. in d. leg. 2. & in leg. final. ff. de offic. Proconsulis.*

*& in l. emancipari, de adoptionibus. auctor. de defensoribus ciuitatum. & ibi Gloss. verbo sumunt. Bartholus in d. l. emancipari, num. 1. & Iason in leg. extra territorium. ff. de iurisd. omnium iudicium, num. 7. Ludouicus à Sardis, & Riccius supra. Apertè constat indulgentiarum concessio- nem, quae semper volentibus, non verò inuitis datur, actum iurisdictionis voluntariae esse. Gloss. in c. nouit. verbo terminos. de offic. Legati. Gloss. in c. nostro. de poenitent. & Panormit. ibi, & in c. accedentibus, n. 4. de excessibus Prelatorum. Suarez tom. 4. disput. 49. sect. 3. num. 9. Coninck disput. 17. dub. 2. num. 9. & 10. Vgolinus de offic. part. 2. cap. 41. num. 1. Leo in thesauro. part. 1. cap. 7. num. 18. Bonacina disputat. 6. punct. 3. num. 9. Barbosa in pastoralis, allegat. 88. n. 16. Igitur extra Diocesim concedi poterunt, & ibi exercere licebit actum ad eas lucrandas requisitum: quia sine strepitu iudiciali sit, & sine apparatu iudicij; ad cuius confirmationem dixit Baldus, posse Episcopum extra suam Diocesim praesentatos per patronos confirmare, & ibi beneficia conferre, quamuis in curia Papae sit: quia actus iurisdictionis voluntariae est. Glossa in c. 1. de instit. lib. 6. Cagnolus in *l. final. ff. de iurisd. omnium iud. num. 29. Gonzales in reg. 8. cancellar. gloss. 62. n. 2. & 8. Franciscus de Pauinis de offic. Capituli sede vacante, quaest. 1. part. 2. num. 66. Paulus de Citandinis de iure patronatus, part. 7. num. 19. Rochus de Curti eodem tract. summ. 1. n. 3. Iason in *l. extra territorium, de iurisd. om. Couarruias vari. ar. lib. 3. cap. 20. num. 8. vbi dicit, idem posse Vicarium Episcopi, si potestatem habet conferendi. Gloss. in c. status, de prob. l. 6. Hippolytus de Marfilis in d. l. final. n. 8. de iurisd. omn. Lara de anniuersar.***

49

50

51

- 52 & capil. l. 2. c. 10. n. 67. Gonzales & Pavinus *suprà*. Menoch. *de arb. l. 1. q. 43. n. 19.* Selua *de beneficiis. p. 3. q. 40. n. 1.*
- 53 Facit etiã quòd Rex potest extra regni sui limites Doctores & milites creare. Bart. *in l. 1. c. de dignit. l. 12.* Tiraquellus *de nobilitate. c. 6. n. 26.*
- 54 Potest & episcopus extra Diocesim concedere dimissorias. Examen episcoporum *lib. 1. c. 16. n. 8.* & Barbosa *in pastorali. part. 2. alleg. 7. n. 29.* & excommunicare subditum extra Diocesim existentem. Lancellottus *in templo lib. 2. cap. 5. §. 4. num. 4.* & absolueret, ac excommunicare subditos, & exercere iurisdictionem contentiosam, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in suam Diocesim. Gratian. *discept. cap. 127. num. 8.* Barbof. *in remiss. adv. 5. de reform. sess. 6. fol. 14. & in pastorali. p. 2. alleg. 6. n. 18.* & ibi causas delegare. Gloss. *in c. nouit. de offic. delegati.* Gonzales *suprà gloss. 62. n. 10.* & absolueret subditos, quando strepitus iudicialis non requiritur. Gloss. *in c. nouit. & in c. excomm. de offic. delegati.* Tuschus *liter. E. cons. 249. n. 3.* Zerola *in praxi. verbo absolut. part. 1. num. 7.* Iason *in l. extra territor. num. 11. de iuris. omn. iud.* & ibi num. 6. ponit exemplum in parrocho, qui extra suæ parochiæ limites poterit pœnitentialiter parochianos suos audire, & absolueret. Coninck *de sacram. disp. 8. dub. 3. n. 12.*
- 57 Syluester, Cagnolus, Gonzales, Nauarr. & Bonacin. *ubi proxim.* & in hoc casu actus absolutionis iudicialis est, ut inquit Nauarrus *in Manuali cap. 27. n. 269.* & nihilominus extra Diocesim exercetur, & ibi robur sumit, & effectum ergo & similiter concessio indulgentiarum, etiam si pro opere sit extra propriam Diocesim facièda, cū istud non sit actus iurisdictionis contentiosæ, sed de voluntaria, & fiat sine strepitu iudi-

ciali inter volentes, non inter inuitos; huius opinionis est Emanuel Sa *in aphorismis. verbo indulgent. n. 16.*

58 Capitulum sede vacante indulgentias concedere posse, testantur Bologn. *de indulg. n. 44.* Syluest. *verbo Capitulum. n. 5.* Sa *n. 1.* Selua *de benefic. q. 11. p. 2. n. 4.* Zerola *verb. indulg. p. 1. n. 2.* Azor *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 55. q. 4. & lib. 3. cap. 37. quest. 9.*

59 Contrarium, nempe non posse, tenent Felin. *de indulg. n. fin.* Geminian. *in c. Roman. de poenit. l. 6. n. 5.* Armilla *verbo indulg. n. 3.* Soto *in 4. sent. dist. 21. q. 1. art. 4. col. 4.* Rodrig. *rom. 3. de suscebras c. 53. n. 155.* Bonac. *de sacram. disp. 6. punct. 3. n. 23.* Viuald. *in candel. aur. cap. 1. de quibusdã quest. particul. n. 5.* Barbofa *in pastor. p. 3. alleg. 88. n. 21.*

60 Facit etiam, quòd vacante Papali sede sacrum Cardinalium collegiũ indulgentias concedere non possit, quia tunc talis potestatis exercitiũ dormitat. Cardinalis Zabarella *in Clement. ne Romani. de elect. num. 5.*

S V M M A R I V M.

Episcopo, à quo iure sibi competat Sacramentum Confirmationis ministrare. num. 1.

Romanus Pontifex an possit dispensare, quòd simplex clericus hoc sacramentum conferat. num. 2.

Vtrum id possit facere Episcopus. num. 3.

Hec prohibitio quando cœpit. n. 4.

Vtrum sit præscriptibile hoc ius. num. 5.

Archiepiscopus vtrum possit dispensare circa ministrum huius Sacramenti. num. 6.

Chrisma à quo debeat consecrari, & quis sit eius minister. num. 7.

Vtrum

*Vtrum Papa concedere possit, quòd
Chrisma ab alio quàm ab Epi-
scopo consecratur. num. 8. vsque
ad 11.*

*Vsus antiquus Ecclesiæ probat ad
Episcopos tantum spectare
Chrisma's consecrationem.
num. 9.*

*Vtrum balsamum sit de necessitate
sacramenti. num. 12. & 13.*

*Balsamum Indorum an aptum ad
hoc sacramentum. num. 14.*

*Vtrum Missa sit de substantia præ-
cisè in consecratione Chrisma's.
num. 15.*

*Quo die debeat consecrari, & quis
primus instituit ut die Iouis
sancti consecraretur. num. 16.*

*Vtrum peccet Episcopus in mortali
existens culpa Chrisma conse-
crando. num. 17.*

*Episcopus excommunicatus, seu de-
gradatus, an valide ministret*

hoc sacramentum. num. 18.

*Episcopus duorum Episcopatum
vntorum qualiter se portare de-
beat in consecratione Chrisma-
tis. num. 19.*

*Sub culpa mortali tenetur diligen-
ter curare de administrando hoc
sacramento: & Episcoporum
negligentia carpitur. num. 20.*

*Confirmare tantum subditos de-
bet. num. 21.*

*Vtrum peccet confirmando non
subditos. num. 22.*

*An in die feriali, & post prandium
possit ministrare hoc Sacramen-
tum Episcopus. num. 23.*

*Aras consecrare an possit Episcopus.
num. 24.*

*Si Ecclesia consecrata violetur, à
quo reconciliari debeat. num.
25. & 26.*

*Ecclesiæ consecratio ex quibus con-
stet. num. 27.*

DE CONFIRMATIONE.

CAPVT QVARTVM.



EPISCOPVS de iure
diuino est vnicus Con-
firmationis Sacramen-
ti Minister. c. manus. c.
nouissimè. de consecr. dist.
5. Concil. Trid. sess. 23. c. 4. l. 7. l. 8. l. 11.
tit. 2. p. 1. & ibi Lopez. D. Thomas in
3. sent. q. 72. art. 11. n. 50. Suarez de re-
ligione. tom. 4. l. 2. c. 30. n. 2. Soto in 4.
sent. dist. 2. q. 1. art. 1. col. 2. Petrus Soto
in lectionibus de instit. Sacerdot. lect. 2.
de sacram. Cōfirmationis, §. de ministro.
Alter Soto in 4. dist. 7. q. art. 12. Conc.

Trid. sess. 7. c. 3. Angelus verbo confir-
matio. n. 2. & Syluetter n. 2. Henriq.
in sum. l. 3. c. 6. de confirm. §. 1. Alphon-
sus Alvarez in Speculo iuris Pontificy,
tit. de confirm. fol. mibi 179. Durant. in
rational. l. 5. c. 84. n. 1. Mirand. in Ma-
nual. c. 22. n. 8. Candelabrum aureum
tit. 3. de confirm. §. de ministro, num. 26.
Coninck de sacram. q. 72. art. 11. dubit.
vnica. Petrus Greg. l. 2. p. 1. c. 5. n. 2. Vi-
ctor. in summ. sacram. §. de sacram. con-
firmat. n. 45. Abb. in c. vnico de sacra-
mēt. Couarr. variar. resol. lib. 1. cap. 10.